

finitum die eiusdem 10., praesentibus D. Thoma Schab-
lero & M. Ioachimo Zehnero. Sub finem Examinis
producta Andria Terentii, & recitatum a Iobanne
Friderico Carmen de Propheteta Malachia, quem Pa-
stor, M. Andreas Fulda, hactenus praelectum hoc in
Examine ultimo examinavit. Nam die 12. Dec. diem
suum obiit.

In Coniugio Fuldae vixit Otilia, Henrici Neubers-
gers, Consulis Ienensis, & Dorothaeae Druckſchärfe-
fin / Filia. Iureque & merito huc transscribuntur.
Annotiunculae binae, in eadem illa Matricula ad
annos, quibus Fulda Inspector Scholae fuit, collo-
cate, & Ipsius vitam pleniorem exhibentes: Nam
A. 1590. d. 9. Ian. nomina sua Scholae dederunt
Schleusingensi, Iobannes Fulda, Ienensis, & Chri-
stoporus Fulda, Sulzfeldensis, Filii Dn. M. An-
dereae Fuldae, Inspectoris & Pastoris Ecclesiae Schleu-
singensis, ab ipso Parente adducti; & A. 1594. d. 18.
Mart. celebratum est Festum Gregorii, Episcopus fui.
Iobannes Spörer, Sulensis, Convivium vero institu-
tum fuit in aedibus Domini Pastoris Fuldae, curan-
te patre Episci, Simone Spörer, liberalissimo Viro.
Vid. die Schleusingische Bischoffs-Historie s. Ora-
tio, qua typis exscripta A. 1702., Memorabilia Epi-
scopalia Gymnasii Schleusingensis, explanata.

In usum imo Gymnasii Schleusingensis publicum, &
sumiibus Aerarii Scholastici, sed curante Dn. M. An-
drea Fulda, Pastore & Inspectore, A. 1594. compa-
rabantur Fabri Thesaurus & Scapulæ Lexicon, li-
ibri crenulis quondam in Auditorio primo ad parie-
rem alligati, nunc longiore usu detriti, lacerati &
conferti, bane tamen, quae in frontem quasi verius-
que